



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Qui tamen omnes errant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

futuram prædici volunt, in qua tamen nullæ aut æris aut ferri fodinæ fuerunt. Non mihi latet, quid pro horum sententia vir insignis Andræas Mafius notarit: *Sed demus, inquit, de ferro & ære locutum Mosen esse. Sane id quoque sic cecidit. Nam, ut de Carmelo, Libano, Antilibano, aliis montibus nihil dicam, ad quos Ascheritarum hæreditas pertinebat, quosque credibile est metalli venis abundavisse, certe Sarepta nomen à Metallis officinis habet. Scilicet Carmelum, Libanum & Antilibanum metalli venis abundavisse putat Mafius, qui montes pertinuerunt ad Ascheritarum hæreditatem, itemque Sareptam à conflando nomen habere, ut optime dictum sit Ascheris portionem æris & ferri fodinis futuram fœcundissimam. Sed in omnibus erravit vir præstantissimus. De Carmelo monte est illud quidem verissimum quod in eo fuerint æris fodinæ: Nam de Carmelo Hesychius: Κέρμηλον ἄφ' ἧ καλῶς γίνεται Carmelus (h. e. Carmelus) unde æs gignitur. Sed is non fuit in Ascheritarum portione. Asche-*

Mafius in
Ios. 29.31.